



~~Ref.~~
R



28

FACULTATIS JURIDICÆ
DECANVS,
CONR. WILHELMVS
Strecker/ JCTVS,

PRÆLAUDATÆ FACULTATIS, ET JVDICII
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PROFES-
SOR COD. PVBL. ORD. CIVITATIS SYNDICVS,
ET CONSVL PRIMARIVS,

AD
AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM
ad L. absentem s. pr. ff. de pen.

ET
DISSERTATIONEM INAUGURALEM
AD DIEM XXXI. OCTOBRIS, MDCCXXXVI.
LECTOREM BENEVOLVM
PERHVMANITER INVITAT.

ERFORDIÆ,
Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typogr.

REPUBLICA

CONSTITUTIONES

Tunc quod in hac parte tractatur de iurisdictione
iudicum in causis civilibus et criminalibus
et de iurisdictione iudicum in causis
civilibus et criminalibus et de iurisdictione
iudicum in causis civilibus et criminalibus

Item de iurisdictione iudicum in causis
civilibus et criminalibus et de iurisdictione
iudicum in causis civilibus et criminalibus
et de iurisdictione iudicum in causis
civilibus et criminalibus

Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit

Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit

Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit

Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit

Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit

Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit

Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit
Magistrum vero ipsa facit

S*****S

Turpia lex naturæ frustra prohibuisset, nisi iudex, qui personam civitatis gerere, ejusque dignitatem ac decus sustinere, servare leges & jura custodire debet, gladio, furcâ, virgis aliisque tormentorum instrumentis, quibus legum violatores, earundemque transgressores puniantur, armatus foret, imperfecta sane lex omnis est, quæ sanctione caret; terra siquidem ipsa per scelera, cædes ac libidines pollui, nec lustrari, expiarive posse, dicitur, nisi mactatis pollutoribus *Lev. 18. v. 25.* GERHARD *Tom. 6. de Magistrat. §. 308. seqq.* Quamvis verò ipsa facultas sceleratos puniendi ex ipsis juris naturalis præceptis suam trahat originem, & ex jure Gentium suam habeat confirmationem; attamen pleræque poenæ non ex iisdem fontibus, sed potissimum ex jure cujusque gentis aut civitatis proprio, certam ac determinatam formam & quidem ex Populi, personarum, geniorum, morum, rerum, circumstantiarum temporis ac loci consideratione, utilitate, necessitate & varietate diversam acceperunt; ita ut eadem delicta in quibusdam Regnis, imo etiam in quibusdam Regni Provinciis leviori, in aliis verò graviori poenâ afficiantur, cujus rei præter experientiam testis est JCTUS CLAUDIVS SATVRNINVS in *L. 16. §. 9. ff. de poenis.* Hodie in nostro Romano Imperio passim deprehendimus, quod
* 2
plu-

plurimi Imperii Status ac Principes de causis non solum civilibus, sed etiam criminalibus, vi superioritatis territorialis, propria sibi constituere jura, quae, praepriis in illorum territoriis veniunt observanda, atque Imperii constitutionibus praeferenda. Verum equidem est, quod omnes Sacri Romani Imperii subditi ad exactam Carolinae ordinationis Criminalis observantiam suo modo teneantur, prout ex art. 11. b. 107. d. 3. ordinat. haud obscure colligere licet. vid. praeterea TABOR. in *Racemat. Crim. ad art. 157. Ord. Crim. th. 8.* At tamen in praefatione modo laudatae ordinationis criminalis ipse Imperator fateatur, quod Electorum, Principum & aliorum Statuum jurebus ac consuetudinibusque in delictis puniendis nihil voluerit derogare aut immutare, sed illas ipsis servare integras, modo justae, legitima ac rationabiles fuerint, strictam tamen ejusmodi leges provinciales admittunt interpretationem, potissimum si exorbitent, & contra MANZ. *Vol. 2. Resp. 3. n. 70.* Nam intentio Caroli Imperatoris ea fuit, ut abusus criminalium judiciorum & pravae undique & ubique contractae consuetudines tollerentur, jus antiquum multis erroribus depravatum repurgaretur, & in melius reformatum, adhuc conroversa definirentur, atque defectus in criminalibus negotiis supplerentur. Hinc illa, quae quibusdam in Principatibus, civitatibus ac territoriis salubriter a Majoribus fuisse introducta, definita, & vel statuto ordinata, vel laudabili consuetudine recepta, subito turbare vel plane tollere noluit, sed Status Imperii relinquere voluit integra. MANZ. *ad Praefat. ordinat. Crim. n. 54.* Antequam vero poena delicto debita imponatur & executioni mandetur, praerogativa requiritur,

quiritur, ut legitimus probedendi modus aut per viam
accusationis, aut inquisitionis observetur, illius hodie
plurimis in locis rarissimus est usus, hujus vero fre-
quentissimus, ita ut hic processus Inquisitorius ex gene-
rali serena consuetudine pro ordinario habeatur reme-
dio. *CARPZ. pr. Crim. p. 3. q. 103. n. 50. seqq.* Procedi-
tur autem apud plerosque Germanos Inquisitorie con-
tra omnes delinquentes, quorum delicta vel poenam
corporis afflictivam merentur, vel ita sunt comparata,
ut poena corporis afflictiva in illis probabiliter locum
invenire possit, adeo, ut etiam iudex loci, in quo deli-
ctum perpetratum, recte contra absentem fugitivum
procedat, quia delinquendo sese tantum ratione personae,
quam bonorum ubicunque suavorum iudicis loci ju-
risdictioni subicit, tamen absentes in delictis gra-
vioribus, quorum poena est corporis afflictiva, jure Ro-
mano condemnari haud possunt *L. 6. C. de accusat. L. 1. C. de
i. r. ff. de requir. vel absent. damn.* & quamvis hodie in
quibusdam locis contra absentes sententia condemna-
toria feratur *C. LARVS hb. 5. recept. sentent. §. fin. q. 44.
n. 3. seqq.* vel ad Bannum, uti de jure Saxonico proce-
datur, *CARPZ. pr. Crim. p. 3. q. 140. n. 6. seqq.* In Plur-
rimis tamen alii Imperii Provinciis nec hodie ad con-
demnatoriam in delictis gravioribus contra absentes
proceditur *BESOLD. p. 4. Conf. 164. n. 19.* nec sine rati-
one, quia, licet absenti defensor aut procurator ad re-
spondendum constitueretur, is tamen nec litem exacte
contestari, nec examen & confrontationes sustinere,
nec circumstantias facti, quippe quas nemo melius ipso
delinquente novit, sui ipsius bono observare & elide-
re potest. Præterea expertis haud ignorum est, quid
* 3 & quan-

& quantum praesentia Rei vel ad crimen detegendum, vel avertehdum, vel minuendum operetur. Plurimum enim in excutienda veritate etiam ipsa vox & cognitionis subtilis diligentia adfert, ex Sermone & ex eo, qua quis constantia, qua trepidatione, qua fronte, qua facie, quibusque verbis quid dicat, multa ad erudendam veritatem sese produnt, circa hanc materiam fusius ad rubricatam *L. 5. pr. ff. de pan. publice ex cathedra* discurret.

NOBILIS ET CLARISSIMVS

DN. BENEDICTVS HEINS,

qui lucem primo adspexit mense Decembri anno a Christo Servatore nostro MDCC X. & quidem in pago quodam Holfaciae haud ignobili, cujus nomen est Bovenau. Parentes veneratus est Virum plurimum Reverendum & Clarissimum, Dominum VALENTINVM HEINS, pagi istius per sedecim annos Pastorem fidelissimum, & MARGARETHAM ex celebri gente RLEPERIANA prognatam. Anno vero MDCCXI. quae provida Dei fuit cura, charissimo patri amplissima sparta Diaconi ad aedem Divae Catharinae Hamburgi dicatam, fuit demandata, quam quoque provinciam ut susciperet, mox cum tota familia, cum vix novem menses Candidatus noster natus esset, Hamburgum se contulit. Utriusque parentis, jam in beatorum sedibus triumphantis prima cura fuit, ut tenera aetas bonis litteris honestisque moribus imbueretur. Commissus ergo fuit fidei scholae Johanneae praeceptorum, quorum inprimis JOACHIMI NEUDORFFII, Correctoris, semper grata erit

erit recordatio. Sed ne ad vota properaret, crudaque adhuc studia in academiam propelleret, adit illustre, quod Hamburgi floret, Gymnasium: ibique studia sua ornantibus beato JO. ALBERTO FABRICIO, JO. CHRISTIANO WOLFFIO, egregijs humanioris litteraturæ staroribus ac vindicibus, & polyhistoribus celeberrimis, REIMARO & DORNEMANNO, tantos fecit profectus, ut, quo, quam feliciter cœperat, pertexeret studiorum telam, in academiam dimitti posset. Placuit præ reliquis Lipsia, celebris illa commerciorum ac omnis eruditionis & litteraturæ officina, cui anno hujus seculi XXXI. nomen dedit. In hac magnus se Doctorum ipsi obrulit numerus, quorum in omni scientiarum genere uti potuerit institutione. Et primo quidem Philosophorum frequentare Scholas, suarum duxit esse partium, ideoque præceptorem elegit GORTSCHEDIVM, Cujus egregia, in omnem philosophiam pariter ac eloquentiam, & poësin Germanicam, nulla unquam tacebit ætas merita. Animum quoque ad Theologiam adjecit, ac ad pedes Theologi celeberrimi, KLAUSINGII, quem summum Numen mortalium rebus quam diuissime interesse jubeat, ceu Gamalielis sui confedit. Morte vero inopinata eaque valde acerba optimi parentis commotus, aliisque rationis gravissimis inductus, a sanctiore litteratura ad juris studia transit, atque in amplissimo juris campo beatum GRIBNERVM, GEBAYERVM, qui jam in academia Göttingensi Antecessoris primarii munere fungitur, ANDREAM RIVINVM, aliosque viros, quorum per omnium ora volitat fama, nactus est duces. Tandem ad Hieranam nostram sese contulit, petitique

ab Ordine nostro admitti ad examen Doctorandorum
rigorosum, honestæ ejus petitioni annuimus, textusque
ex utroque jure elaborandos more consueto commu-
nicavimus, quos resolvit, & ad quæstiones propositas
ita respondit, ut admittus sit ad reliqua specimina, pu-
ta, Lectionem cursoriam *ad cit. L. 5.* & Disputationem
Inauguralem

DE
PERJURII POENA.

Ad quos actus solennes Magnificus Dominus Re-
ctor, reliquique Universitatis proceres, ac nobilissima
Studiosorum corona perhumaniter invitantur.
Publicatum sub Sigillo Facult. Jurid. die 28. Octobris
MDCCXXXVI.



154562

ULB Halle
005 372 046


3



R







FACULTATIS JURIDICÆ
DECANVS,
CONR. WILHELMVS

Strecker / JCVS,

PRÆLAUDATÆ FACULTATIS, ET JUDICII
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PROFES-
SOR COD. PVBL. ORD. CIVITATIS SYNDICVS,
ET CONSVL PRIMARIVS,

AD

AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM

ad L. absentem s. pr. ff. de pœn.

ET

DISSERTATIONEM INAUGURALEM

AD DIEM XXXI. OCTOBRIS, MDCCXXXVI.

LECTOREM BENEVOLVM

PERHVMANITER INVITAT.

ERFORDIÆ,

Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typogr.

